



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
praxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Quæstio 4. Interrogati de fide silentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

Pars 3. tract. 6. Resolutiones practica ad &c. 541
tur, novum quoque cælum quærat neces-
se est.

QUÆSTIO IV. *Interrogati de fide silentium.*

AN interrogatus de sua fide in odium reli-
gionis, autoritate sive privatâ, sive pu-
blicâ, possit aliquando filere, aut tergiversa-
ri, dicendo se non velle, aut non teneri ad ta-
lia respondere?

Resp. de publica negative, juxta illud Chri-
sti Lucae Cap. 19. *Qui me erubuerit, & meos*
sermones: hunc Filius hominis erubescet &c. Nec re-
fert quod Tyrannus aut judex non habeat jus
eum de sua fide interrogandi: quia obligatio
respondendi in tali casu non fundatur in pote-
state judicis, sed in jure, quod Deus habet,
ne fides vel divinus honor detrimentum patia-
tur, aut proximi scandalifentur &c. Neque
excusat gravis metus, tum ob prædicta, tum
quia inutile plerumque est eo casu declinare re-
sponsum: coguntur enim interrogati palam e-
dicere quid sentiant, & tergiversatio facilè pa-
rit scandalum, & fidei contemptum. Quia
tamen quando interrogatio fit ab homine pri-
vato, taciturnitas aut elusio responsionis (di-
cendo v. g. quid tua refert) est quidam interro-
gantis contemptus, ideo censent plures inter-
rogatum tacere posse, vel interrogantem elu-
dere, si tamen nullum inde sequatur detrimen-
tum honoris divini, vel scandalum proximi.

QUÆS.